MISSALE CLAUSTRONEOBURGENSE

Klosterneuburg, um 1430/1435

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

iste a deo factus est inestimabile sacramentum irreprehensi-
bile est. V. Deus cui astant angelorum chori exaudi preces servo-
rum tuorum. Alleluia. V. Vox exultationis et salutis in
tabernaculis iustorum. Sequitur sequentia. Psal-
lat ecclesia mater illibata et virgo sine ruga honore
huius ecclesie. Hec domus aule celestis probatur
particeps. In laudem regis celorum et ceremoniis. Et lumine
continuo emulans civitatem sine tenebris. Et corpora
in gremio confovens animarum que in celo vivunt. Quam
dextera protegat dei. Ad laudem ipsius diu. Hic
novam prolem gratia parturit fecunda spiritu sancto. An-
geli cives visitant hic suos et corpus sumitur ihesu. Fu-
giunt universa corporis nocua. Pereunt peccatrices anime
crimina. Hic vox leticie personat. Hic pax et gaudia re-
dundant. Hac domo trinitati pax et gloria semper resultet.

In illo. Ingressus Ihesus. Secundum Lucam.
Ihesus perambulat Iericho. Et ecce vir nomine
Zacheus. et hic erat princeps publicanorum
et ipse dives. Et querebat videre ihesum quis esset
et non poterat pre turba quia statura pusillus
erat. Et precurrens ascendit in arborem sic-
omorum ut videret illum. quia inde erat transitu-
rus. Et cum venisset ad locum suspiciens Ihe-
sus vidit illum et dixit ad eum Zachee festinans
descende quia hodie in domo tua oportet me
manere. Et festinans descendit et excepit illum
gaudens. Et cum viderent omnes murmu-
rabant dicentes quod ad hominem peccatorem